Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



113

O sempiternus cum requie requies · cum securita
te securitas cum eternitate · Requiescis o felix
in gaudio gaudes in requie · Claris o secure in sa
cietate · sacaris in gloria · Letitia tua non minuabit
lumen tuum non deficiet · Quicquid non uis penitus ab
est · quicquid uis ad uotum adest · Sitiuit ania
mea ad dm fontem uiuum · uenisti ad ipm et
bibis de torrente uoluptatis ei quantum uis ·
quomodo uis · quamdiu uis · Semper sacatus · sem
per bibis · quia semper delectat te bibere · nec um
quam fastidis · Nec bibis ut fiat tibi sacietas
quasi non dum habenti · sed semper bibis ut se
per duret sacietas iam possidenti · Semper enim
desideras qd semper habes et qd semper securus
es te semper habere · Incessanter quippe et delectabi
liter desideras ipm delectabile desiderium et semper
bibis cum delectabili ardore ipm desiderium cum eius
copiosa sacietate · O sufficiens beatitudo · et beata
sufficientia · Quam felix obdormire ob dormire
in dno · Quanta pace obdormiunt · qui obdor
miunt in dno · Non enim grauabunt eos amplius
pondera carnis · non eos affligent dolores cor
ruptionis · Non inpugnabunt stimuli tempta